ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 187r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



anima qu enunc pro infirmitate sui mulier appellatur
duobus inter se litigantibus uiris & in cestamine
scandala proferentibus quod habere semper uerborum
contentio solet. percutitur & scandalizatur. Ita ut uerbum
fidei quod tenuit concepere abiciat & perdat. &
hec est lis & contentio ad subuersionem audientium;
si ergo nondum formatum anima quae scandalizata
est abiecerit uerbum. qui scandalizauit dam
num dicitur pati; uis scire quia est in aliquibus for
matum uerbum in aliquibus non formatum. Eui
dentur nos docet apostoli sermo quem supra memorauimus
cum ait. donec formetur xpus in uobis; Xpus autem
est uerbum dei; per quod ostendit. quia eo tempore
quo scribebat nondum erat in illis formatum uerbum dei;
si ergo nondum formatum exierit. damnum patietur;
De damnis doctorum etiam apostolus docet cum dicit; si
cuius autem opus arserit. damnum patietur. ipse autem
saluus erit sic tamen quasi per ignem; sed et dominus in
euangeliis dicit; quid enim prodest homini. si uni
uersum mundum lucretur animam autem suam perdat
aut damnum faciat. Unde uidetur ostendi quod
quaedam peccata ad damnum quidem pertineant
non tamen ad interitum. quia qui damnum passus fuerit
ipse tamen saluari dicitur licet per ignem; Unde et ioh